

**2439** Libero patr. | et Libere, C. | Maximius | Julianus optio praet.<sup>1</sup>  
leg. V | Mac.<sup>2</sup>, visu mo[nitus pro sal. | sua et suorum l. p.

*Apuli (Alba Iulia s. Karlsburg) (III 4094 III S. 7765 ad apographum factum saec. XVI a Verantio). — 1) Optio praetorii (cf. Mo. Eph. ep. 4 p. 232). — 2) Legio quinta Macedonica, saec. p. Chr. II Troesmi in Moesia inferiore castra habens (N. 2311. 2474), a Severo videtur translata esse in Daciam (Dio 55, 23).*

**2440** d. m. s. | L. Munatio Repentino do[m]o Karth., | v. a. LXXXVII,  
| L. Munatius | Repentinus | optio prae[teritor]. . .<sup>3</sup>

*Lambaesi (VIII 2947 descr. Renier). — 1) Incertum utrum hic fuerit optio praetorii, an re vera optio praeteritorum, an praeteritor. vocabulum coniungi debuerit cum eis quae sequebantur. Fortasse idem homo in titulo VIII 4294 appellatur optio pr. Nota in titulo Poetovionensi III 4050 reperiri militem legionis decimae Geminae dictum adiut. praeter.*

**2441** .. opt[i]onis ad spem | ordinis<sup>1</sup>, γ Lucili | Ingenui, qui | naufragio perit. | [H.] s. e.

*Chester rep. anno 1891 (Haverfield Athenaeum 16 May 1891 p. 645). — 1) Optionibus singularum centuriarum, a quibus distinguendi sunt optiones valentinarii, navaliorum, alii, supra N. 2455 seq., cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 449 not. 1, praemii loco propositum fuisse ordinem, id est centurionatum, ex hoc titulo, collatis aliis (N. 2442. 2445) colligitur. (Optio ad spem ordinis, deinde factus centurio in eadem legione, est in titulo nuper reperto in Bulgaria, arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 15, 1892 p. 209.)*

**2442** I. [o. m.] | pro salute d. n. | M. Aureli An[toni]ni<sup>1</sup> Pii Felicis Aug., | L. Sept. Constantinus optio | spei<sup>2</sup> leg. II | Adi. p. f. Antoni[nae v. s. l. m. | [imp. Antonino | et]<sup>1</sup> Advento cos.<sup>3</sup>

*Aquinci in Danuvii alveo rep. (III 5445 vidit Mommsen). — 1) Antonini (Elagabali) nomen erasum. — 2) Cf. N. 2441. — 3) A. 218.*

**2443** Gen. γ sacr.<sup>1</sup> | C. Servilius | Rogatus optio | dimissus votum | l. a. s.

*Lambaesi (VIII 2551 vidit Wilmanns). — 1) Genio centuriae sacram.*

**2444** In h. d. d. Minervae sancte et Genio loci C. Amandius Finitus opt. principi<sup>1</sup> | et T. Celsius Victorinus | libr. principis<sup>1</sup> refecerunt | Muciano et Fabiano cos.<sup>2</sup>, | C. Q. Catilus opt. pr.<sup>1</sup> inchqatum d. s. perfecit duob. | Augg. Sev[e]ro III et [Ant]on[i]n. cos.<sup>3</sup>

*Argentorati (Strassburg) rep. a. 1849, aliquoties descripta, donec periit a. 1870 (Brambach 1885). — 1) De optione principis (sive praetorii) et librario principis cf. Mo. eph. ep. 4 p. 232. — 2) A. 201. — 3) A. 202.*

**2445** pro salute Augg. | optiones scholam suam cum statuis et imaginibus domus [di]vinae, | item diis conservatorib. eorum, ex largissimis stipend[i]is et | liberalitatib., quae in eos conferunt, fecer., curante L. Egnatio Myrone q.<sup>1</sup> | Ob quam sollemnitatem decreverunt, uti collega proficiscens ad spem suam confirmandam<sup>2</sup> accipiat ⠼ VIII mil. ⠼, veter. quoque missi accipient kal. Ian. anularium<sup>3</sup> singuli ⠼ VI mil. ⠼, | quae